



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

14. Regularis non subditus Episcopo, si extra claustra deliquerit, si à superiore instante Episcopo non puniatur, potest ab ipso Episcopo puniri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

Regularis non subditus Episcopo, si extra claustra deliquerit, si à Superiore instante Episcopo non puniatur, potest ab ipso Episcopo puniri.

C A P V T XIV.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Superiores non punientes suos subditos iuxta formam huius decreti incurrunt poenam priuationis, &c.
- 3 Episcopus quomodo instabit vt superior monachum delinquentem puniat.
- 4 Regulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionem monasterij destinata, si ibi vigeat Regularis obseruantia, comprehenditur sub dispositione huius cap.
- 5 Episcopi iurisdictionem impediētes, &c. quacunque exemptione non obstante ab Episcopo puniri possunt.
- 6 Regulares cum scandalo intra Ecclesiam delinquē-

- tes subsumt dispositioni huius text. non ita si intra claustra.
- 7 Qualitas quod notorie, & scādaloſe Regularis deliquerit, non est probanda, sed sufficit eam allegare.
- 8 Episcopus sufficit quod vnica vice Superiorem Regularem moneat.
- 9 Superior Regularis huic decreto satisfacit si de punitione ipsa, & sententia executione Episcopum certiore faciat.
- 10 Episcopus an possit punire Regulares per censuras.
- 11 Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denunciari excommunicati.

**R**egularis, non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterij degit, a & extra ea si ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit; γ Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus, ab Episcopo praefigendum seuerè puniatur, δ ac de punitione Episcopum certiore faciat; ε fin minus, à suo Superiore officio priuetur, ζ vt delinquens ab Episcopo puniri possit.

α Cap. fin. §. si vero de statu Monach.

1. **V**ide Nauarr. commento 2. Regular. num. 63. Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. q. 2. art. 6. & q. 63. art. 4. & quest. 64. art. 11. Aldret. de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 3. num. 35. & in alleg. pro omnimoda regul. exempt. part. 1. cap. 6. num. 9. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 59. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 650. in 1. edit. alias resol. 546. in 2. edit. & in decisionib. Curia Archiep. Neapol. decis. 202. num. 6. vers. verum part. 4. Portel. in dubijs regularib. verb. Episcopus num. 2. & num. 8. Laurent. de Peirinis in constit. sui Ordinis Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. nu. 61. cum seqq. & in formul. Regular. lit. P. cap. 7. Cened. practi. quest. 26. num. 33. Ioan. Franc. Leo. in thesauro fori punit. p. 1. cap. 8. num. 13. cum seqq. Sanch. in consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 2. nouissime Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 62. Hieron. Venero, y Leyua in examine Episcop. lib. 6. cap. 8. nu. 3. Nald. in sum. verb. Episcopus, num. 28. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 35. diffie. 5. num. 5. Duard. in Bull. Cava. lib. 1. c. 1. q. 4. num. 129. ad fin. Diana moral. resolut. p. 3. tract. 2. resol. 132. Ciardin. fovent. controuerf. lib. 1. c. 50. num. 2. & q. 9. cum seqq. D. Felician. de Vega ad c. caeterum à num. 34. de iudic. metipsum de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 105. num. 18. cum seqq. & in collect. ad cap. ult. num. 8. de statu monach.

2. **C**ontra Superiores non punientes suos subditos iuxta formam huius decreti sub poena priuationis ipso facto dignitatum, officiorum, & inhabilitatis, emanauit constit. Clementis VIII. incip. Suscepti muneris, sub dat. 18. Martij 1596. quam referunt Quarant. in sum. Bullarij, verb. exemptio, Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 2. art. 6. Erasmi. à Cochier. de iuris d. ord. in exempt. p. 1. q. 17. num. 29. Marc. Anton. Genuent. in practi. Archiep. Neap. c. 59. num. 5. Franc. Leo. in thesauro fori eccles. p. 1. c. 8. nu. 14. Ciardin. d. c. 50. n. 9. latè Spirell. decis. 38. nu. 12. cum seqq. Portel. d. verb. Episcopus, num. 8. Prafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 3. num. 44. vbi num. 43. resolut. posse Regularem in casu huius decreti deprehensum in delicto deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora sumatur, remitti cum copia processus ad suum superiorem puniendum cum praefinitione termini ad puniendum. de quo etiam Marc. Anton. Genuent. d. c. 59. nu. 3. Vgolin. de Episcop. p. 1. c. 20. §. 8. nu. 2. vers. in mo. comprehendendi. Ciardin. d. c. 50. n. 10. Portel. in addit. ad dub. Regular. verb. punitio Relig. extra Conuent. nu. 17. Lezana in sum. quest. Regul. c. 16. nu. 27.

3. **E**t dicit Fufc. de visitat. lib. 2. c. 17. num. 11. quod Episcopus Barbos. Collect. in Concil. T. 1. d.

pus loci litteras scribat superiori Monachi delinquentis de delicto commisso & excessibus, de scandalo populo illato, & instabit, vt intra talem terminum praefixum ipsum punire velit, & de punitione facta ipsum Episcopum certiore reddat, alias ipso superiore negligente, poterit ipse Episcopus eum punire, & illas litteras, quas Requiritorias vocamus, de punitione Monachi delinquentis in praesentia duorum testium ex communi practica assignari faciet.

**N**ouissime Gregorius XV. in sua constit. incip. Infernabili sub dat. Nonis Februarij 1622. statuit vt Regulares circa personas intra septa degentes, aut circa claustram ipsam delinquentes ab Episcopo loci tanquam ad haec Sedis Apost. delegato, quoties, & vbi opus fuerit, puniri & corrigi possint; quod Lotter. de re benefice. lib. 1. quest. 24. num. 66. & 67. tenet non intelligi de notorijs tantum delictis, & quae sunt scandalo toti populo, quasi quod Constitutio debeat sumere hanc interpretationem ab hoc decreto, sed de omnibus indistincte, cum in legibus definita oratio aequipolleat vniuersali. Vnde resoluunt Cochier. de Conseruat. p. 2. q. 102. à num. 5. & Laurent. de Peirinis in formul. Regular. lit. P. c. 7. num. 3. quod si Regularis delinquat ita intra claustra, vt delictum extra claustrorum metas exiens, generet in populo scandalum, non per hoc tamen potest ab Episcopo in casu negligentiae ipsius Superioris puniri, nec potest Episcopus hoc casui Praelato instare vt talem delinquentem puniat; nam hoc delictum non est commissum extra claustra, quod necessario requiritur ad hoc vt Episcopus possit Superiore instare vt puniat.

4. **R**egulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionem monasterij destinata, comprehendendi sub dispositione huius text. si in ea domo vigeat Regularis obseruantia, refert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religio. nu. 60. Sanchez d. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 4.

5. **I**urisdictionem Episcopi impediētes, vel officiales curia Episcopalis in actu exercendi suum officium offēdentes, quacunque exemptione non obstante ab Episcopo coerceri, & puniri possunt, vt refert decifum in vna Panormitana Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 2. tit. 8. num. 11.

6. **E**t extra ea, &c. Facultatem Episcopo attributam in Regulares notorie, & cum scandalo extra claustra delin-

delinquentes, vindicare sibi locum etiam cum Regularibus notorie, & cum scandalo intra Ecclesiam delinquant, non ita si intra claustra, refero decimum in collectione ad cap. ult. num. 8. in fine, de statu Monach.

7. *Ita notorie, &c.* An qualitas quod notorie, & scandalose Regularis deliquerit, probanda sit ad effectum, ut Episcopus illum punire valeat? Negat, iudicans sufficere illam allegare, & probare Aloyf. Ricc. d. resol. 546. num. 1. cum seqq.

8. *Episcopo instante.* Sufficere, quod Episcopus vnica vice superiorem Regularem moneat, eique terminum praefigat ad castigandum subditi delictum, & ideo necesse non esse Episcopum moneere, ac requireere dictum superiorem duabus, vel tribus vicibus, ut aliqui opinantur, refero decimum in collect. ad d. c. ult. num. 8. in med. vbi etiam resolutum assero Episcopum statim habita notitia delicti posse capere informationem, & illam ad superiorem Regularis mittere, ut nequeat de eodem delicto ignorantiam praesumere, & me citato idem dicit Fr. Hieronym. Roder. in compendio quaest. Regular. resolut. 62. sub num. 8.

9. *Ac de punitione Episcopum certiore faciat.* Non sufficere, ut superior Regularis sententiam, aut acta omnia super delicto actiata ad Episcopum transmittat, sed opus esse, ut de punitione ipsa & sententiae executione Episcopum certiore faciat, resolutio Ego ipse in collect. ad d. c. ult. num. 8. & me citato Hieron. Roder. d. num. 8. vers. tertio, in scriptis, scilicet, & per legitima documenta, sicut tenet Aldan, in compend. Canon. resol. lib. 1. tit.

8. num. 10. vbi refert decimum in Lucana 14. Decembris 1630. cuius etiam meminit Tamburin. d. tom. 3. diff. 5. q. 11. n. 64.

10. *Et delinquent ab Episcopo puniri possit.* Non per censuras, ut docent Portel. in addit. ad dubia Regularia, verb. Episcopus, num. 5. Sanch. de matrim. lib. 7. diff. 33. num. 23. in praecipua Decalogi, lib. 6. c. 1. n. 14. Villalob. p. 2. sum. tract. 35. diff. 5. nu. 17. Hieron. Roder. in compendio quaest. regul. resol. 50. n. 16. & resol. 61. n. 7. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. diff. 5. q. 11. n. 63. maxime si habeant Regulares privilegium ne possint ab Episcopis censuris ligari. Marcel. Vulpes in praxi iudic. fori eccles. c. 42. num. 26. Lezana in sum. quaest. Regul. c. 11. n. 14. Laurent. de Franchis in controu. inter Episcop. & Regul. q. 7. Verum posse Episcopos, Regulares in casibus, in quibus eius iurisdictioni subsunt, censuris inuoluere, tenent Marc. Anton. Genuent. d. c. 59. vers. aliud est dubium, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. excommunicationis causa materialis, §. 4. Lazar. de blasphem. q. 10. n. 5. Mari. Anton. var. resol. lib. 1. resol. ult. casu 35. Nouari. in lucerna Regul. verb. excommunicare, à princ. Mendez de Castro in praxi Lusit. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 5.

11. *Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publice denunciari excommunicati, ut alijs euentur, sed quia erat difficultas in eo, quod Episcopus in huiusmodi causa debeat citare, & citatio est actus iurisdictionis, quam Episcopus non potest in huiusmodi personas exemptas exercere, ideo placet pro solutione doctrina Felin in cap. non potest, num. 3. de sentent. & re iud.*

*Professio à Regularibus, tam viris, quam mulieribus, non fiat ante 16. annum expletum, & post annum suscepti habitus.*

C A P V T XV.

- 1 Professio in quacunq. Religione ante decimum sextum aetatis annum expletum facta, est nulla.
- 2 Milites Regulares hoc decreto non comprehenduntur.
- 3 Milites S. Stephani non comprehenduntur hoc decreto.
- 4 Fratres tertij Ordinis S. Francisci non comprehenduntur hoc decreto.
- 5 Milites Hierosol. non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 6 Puella ad professionem ante decimum sextum annum aetatis non admittuntur.
- 7 Puella nisi duodecim annis sit maior, recipi prohibetur causa inducendi habitum probationis in Religione.
- 8 Puella sponsa de presenti nondum matrimonio consummato, si Religionem ingrediatur in 12. anno constituta, cogendus sponsus per quatuor annos expectare.
- 9 Malitia non supplet aetatem requisitam ad profectendum.
- 10 Professionem emittens infra annum probationis non est obligatus ad Religionem nec in genere, nec in specie.
- 11 Professio in suprema die 16. anni emitti potest, sed contrarium receptius.
- 12 Professio facta post 16. annum, sed ante 18. requisitum ab statuto Ordinis Minorum est valida.
- 13 Professiones emissa iuxta dispositionem Concilij sunt validae, quamuis contra particulare statutum maiorem aetatem requirens.
- 14 Ordinarius potest professionem ante expletum annum 16. emissam nullam declarare.

- 15 Habitum Regularem suscipiens debet per annum in probatione stare, ita ut professio antea facta sit nulla.
- 16 Prelati Ordinum Minorum iam non possunt cum consilio Fratrum Discretorum admittere ad professionem anno probationis non expleto Religiosos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem.
- 17 Professus in vna Religione etiam strictiori transiens ad aliam, indiget nouitiatu.
- 18 Professus nulliter volens suam professionem ratificare, non tenetur nouitiatus annum iterare.
- 19 Moniales Ordinis Predicatorum possunt profiteri, quamuis nondum integrum nouitiatus annum peregerint.
- 20 Annus probationis à momento in momentum potest & debet computari.
- 21 Nouitius si compleat probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, non dicitur expletus hic annus nisi secunda die.
- 22 Annus ex quo Gregorius XIII. abstulit decem dies, reputatur integer.
- 23 Profiteri potest in Religione qui permansit per annum integrum in Religione, & postmodum retento habuit sicut aliquandiu domi suae.
- 24 Annus probationis debet necessariò esse continuus.
- 25 Annus probationis tunc interruptur quando Nouitius dimisso Religionis habitu egreditur monasterium animo deserendi Religionem.
- 26 Nouitiatus interruptus non potest continuari etiam in ordine Minorum.